

in forma hominis senis, et seorsim Christus, sed propinqui ambo; et inter utrumque Spiritus sanctus in forma columbæ. Idem ibid. § 25, 32 et 37. (57. Pingi etiam potest Pater solus, seorsim ab aliis personis. Item æternus Filius seorsim a Patre et Spiritu sancto, et etiam sub forma Agni. (58. 59. Item Spiritus sanctus, vel tanquam de cælo descendens die Pentecostes in figura linguarum ignis, vel alias in columbæ specie seorsim pariter ab aliis divinis personis. (60. Non tamen Spiritus sanctus seorsim a duabus aliis personis humana specie, seu viri, seu juvenis depingi potest. Idem ibid. § 36 (80).

(61. Non licet sanctissimam Trinitatem pingere in utero B. M. V. Idem ibid. § 27. Nec sub figura hominis tricorporis (81). Idem ib. § 28. (62. An autem sub figura trium hominum æqualium, et similibus, disputatur. Idem ibid. § 29. (63. Imagines divinam personam representantes sub alia forma, quam quæ ab eadem assumpta fuerit, tolerari non debent. Idem ibid. § 22

(64. Imagines æterni Patris permissæ, et approbatæ sunt, ut pingatur solus, tanquam ambulans et loquens in paradiso auditus ab Adamo. (65. 67. Item, ut innixus mysticæ scalæ visus est Jacob, seu ut miro modo conspiciendum se præbuit Moysi; seu ut Isaïæ tanquam rex in solio sedens, seu ut Daniëli, veluti senex albo vestimento amictus. Idem ib. § 36.

(68. Imagines æterni Filii permissæ et approbatæ sunt ut pingatur solus, uti cum hominibus in diebus carnis suæ conversatus est, atque etiam postquam a mortuis resurrexit, non semel apostolis aliisque manifestus apparuit. (69. Item sub humana forma cruci affixus et mortuus. (70. Item in forma agni. Idem ib. § 32 et 36.

(71. Imagines Spiritus sancti permissæ et approbatæ sunt ut pingantur in forma columbæ. Idem ibid. § 16 ad 20 et 36. (72. Item in figura linguarum ignis, ubi representatur mysterium Pentecostes. Idem ibid. § 21 et 36. (73. Imagines autem Spiritus sancti sub humana juvenis forma damnantur, et reprobantur, ac removeri jubentur. Idem ibidem § 10, 23, 33, 36 et 37.

(74. Imagines insolitæ et erroris occasionem præbentes damnantur, prohibentur. Idem ibid. § 23. (75. Imagines servorum Dei, quorum cultus ab Ecclesia non est approbatus, publice distribui et venerari non licet. Idem ib. § 41. (76. Imagines Beatorum non ubique publicæ venerationi exponi possunt. Idem Const. 108, incip. *Quoniam*, § 10.

(77. Imagines plurium sanctorum apponi possunt super altari in quo sacrum peragi-

(80) Hæc Spiritus S. figura, quæ Benedicto XIV non est probata, familiaris fuit nostris temporibus præ cuidam virgini; et jam olim typis Belgicis excussa cum inscriptione: *Hæc præfulgenti forma sese Spiritus sanctus divæ virgini et matri Theresiæ manifestavit*. Major hujus formæ antiquitas refertur in quibusdam litteris Benoniensibus, quæ in Ms. diurno sæculi XIV apud canonicos S. Salvatoris inveniri narrant SS. Trinitatis imaginem, in qua Spiritus

tur. Idem tom. II, Constit. 17 incip. *Accepimus*.

(78) Placet hic subnectere, quæ de significatione symbolorum, quibus pingi solet imago S. Antonii abbatis profert eruditiss. card. Lambert., postea Benedictus XIV, Institut. eccl. 47, a num. 5 ad 8. ubi sequentia adducit:

Effigies S. Antonii variis symbolis distinguuntur; ignem et porcum ad pedes jacentem habet; librum cum baculo dextra manu gerit, tintinnabulum sinistra; *Thau* quoque super vestem depingitur.

Quid hæc significant, varia scriptores prodiderunt; inter quos P. Menochius nelle storie part. II, cap. 25, Sarnellius in epist. ecclesiast. tom. III, litt. 6, et fusius P. Theophilus Raynaudus tom. VIII, in eo libro, qui inscribitur *Symbola S. Antonii*.

Molanus lib. III de *Imaginibus*, suam ad pedes Antonii jacentem hoc pacto interpretatur, quod illius patrocinio bruta sanitatem consequantur; *Thau* salutis indicium esse ex sacris litteris deprehendimus (Ezech. cap. ix, v. 6): «Omnem autem super quem videritis *Thau*, ne occidatis.» Nos quidem sancti Antonii patrocinium non inficiamur pro his brutis, quæ vitæ alendæ, commodoque mortalium inserviunt, hæc tamen per effigiem porci nobis declarari minime existimamus: «Nam si idecirco (ait P. Theophilus Raynaudus lib. superius allato, § 8 *Tandem*) appingitur S. Antonio porcus, quia sospitatem exorat brutis, cur potius ei appingitur porcus, quam asinus aut equus?» et paulo post: «Cur igitur sus, potius quam aliud quoddam brutum B. Antonio appingatur, ægre assignari potest valida ratio, si sistamus in præsidio, quod brutis a sancto Antonio suppetit; cujuscunque enim generis bruta beato huic cœliti sospitori commendari ex usu est, et eventus felix sæpe vota secundat.»

Itaque sententiam suam his verbis exprimit: «Existimarim vero non minus commode, symbolo illo porci jacentis ad sancti viri pedes insinuari triplex genus porcinarum hominum ab eo domitorum ac prostratorum; ethnicos dico et hæreticos, ac voluptuarios Christianos.» Aliqui (P. Aiala lib. *Pictor Christianus* lib. v, cap. 4, num. 7) putaverunt murem Ægyptium porco similem ad pedes S. Antonii appingi consuevisse, ut Antonium Ægyptium a reliquis omnibus discernent. Hic paulatim usus obtinuerit ut loco muris Ægyptii imago suis sufficeretur. Hæc præcise laudatus Pontifex.

(79. Subdunt ad rem eruditissimi Bollandistæ t. II, in *Legenda ipsius sancti ad diem 17 Januarii*, quod appingi seu sculpi etiam

sanctus pueri specie representatur. (ED. BARB.)

(81) Nec dubitandum, inquit Benedictus XIV, de Synodo Diocæs. lib. IX, cap. 15, numer. 5, quin possit episcopus inobedientes regulares quibuscunque poenis, etiam censurarum compescere: quod etiam colligitur ex decreto edito a S. Congr. conc. 5 Junii 1700, apud Monacellum in Formul. tom. I, tit. 3, form. 8, n. 49. (ED. BARB.)

solet nola et ecclesia; hæc seu primæ domus seu Ecclesiæ Antonianæ imago: illa quia a nuntis eleemosynariæ domus seu ecclesiæ (id est ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ de eleemosyna dicebatur), Antonianis ad colligendam stipem concursantibus deferri in adventus sui signum cum reliquiis solita; cum baculo insuper ob baculum ad *Potentia* vel signi *Thau* modum, et figuram a sancto ipso cuidam Gastoni provinciæ Viennensis in Gallia viro nobilissimo ac opulentissimo in magnam arborem succrescentem in visione præostensum, ad ei indicandum fore ab se, suisque sociis atque alumnis in posterum miseris igneo morbo, sacroque igne perustos ac mutilatos, atque egestate pressos omnimode sustentandos; seu, ut in Vita S. Pauli dicitur, senex infirmos artus baculo regente sustentans: quæ verba peregre proficiscentem indicant, aut certe ideo apposita, quod baculum monachi gestari solerent, ut tradit Cassianus lib. I Institut., cap. 9, et ita baculo innixus pingi solet S. Antonius. Sic ex

IMMUNDITIA.

Vide verb. GULA, n. 37, et verb. LUXURIA, n. 36.

IMMUNITAS ECCLESIASTICA ET ECCLESiarUM.

SUMMARIUM.

ARTICULUS I. — *Immunitas, quoad ea quæ concernunt ejus naturam, divisionem et jus, a quo provenit.*

1. Immunitas unde derivetur. — 2. Immunitas ecclesiastica, et immunitas ecclesiarum, quamvis passim pro eodem sumantur, tamen proprie et rigorose non sunt idem. — 3. Affertur ratio. — 4. Affertur aptior immunitatis definitio. — 5. Talis definitio competit omni membro definiti. — 6. Immunitas sic descripta recte dividitur in localem, realem, personalem; et quæ sit qualibet. — 7. Immunitas realis et personalis est de jure divino. — 8. Immunitas localis ecclesiarum, seu privilegium asyli non competit ecclesiis alisque piis locis de jure naturali et divino, sed solum de jure humano, civili et canonico. — 9. Affertur objectio. — 10. In lege evangelica non habetur aliquod jus positivum, sive scriptum, sive traditum, decernens talem immunitatem. — 11. Contraria sententia est probabilis. — 12. Satisfit rationi sententiæ contrariæ. — 13. Affertur alia ratio corroborativa nostræ sententiæ, et infirmativa contrariæ. — 14 ad 35. Quæstio num immunitas personalis sit de jure divino, an potius humano.

ARTICULUS II. — *Quoad ea quæ specialiter concernunt immunitatem localem, seu jus asyli, loca, delicta et personas, quibus competit vel non.*

1. Jus asyli quid sit. — 2. ad 75. Loca quæ gaudent immunitate ecclesiastica. — 74. Palatium episcopi gaudet immunitate asyli. — 75. Etiam si ab ecclesia cathedrali abesset ultra 40 passus. — 76. Palatium mensæ episcopalis, etiam situm extra diocæsiam, gaudet immunitate ac si esset in propria diocæsi, pro tempore quo episcopus illud inhabitat. — 77. Palatium episcopi conductum pro sua habitatione episcopali gaudet immunitate. — 78. Palatium tamen conductum ab episcopo in propria diocæsi propria habitatione, in quo etiam habitat dominus ejusdem palatii, gaudet immunitate tantum quoad portionem episcopi et suæ familiæ. — 79. Palatia ruralia episcoporum in locis eorum diocæsibus, et ali

laudatis Bollandistis l. cit. Vide ibi, ubi multa scitu dignissima. Hinc facile colligitur, quare ei appingatur signum *Thau* et *ignis*, tum ex hic adductis, tum ex allato textu Ezechielis cap. IX, num. 4 et 6, tum ex traditis a nobis in hæc Bibliotheca sub verb. *Religiones Regulares*, art. 3, n. 27. Vide ibi.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(80. Sollicitudo sacrarum imaginum præcipue spectat ad episcopum. Atque hinc est quod citra Episcopi consensum haud licet pingere aut insculpere in ecclesia insolitam aliquam imaginem, vel eam exponere. Non licet transferre sacras imagines ac reliquias, episcopo invito, vel contradicente rectore Ecclesiæ, vel patrono: maxime si fuerint Ecclesiæ dono datæ ad conservandam memoriam donantis. Vide Rot. in Uratislaviæ. Translationis Imaginis 17 Martii 1738, cor. clar. mem. Calcagnin.

(81. Alia ad rem, vid. verb. *Veneratio Sanctorum*.

ipsis interpolate, seu recreationis gratia habitata, quæ ab eorum afflictuariis continuo habitantur, non gaudent immunitate ecclesiastica. — 80. Confugiens ad palatium episcopi gaudere debet immunitate. — 81. Quare carceratus in palatio episcopi est ibidem restituendus. — 82. Sicut etiam sacerdos captus in palatio episcopi gaudet immunitate, et ibidem est restituendus. — 83. At, quando episcopus ordinat carcerationem in proprio palatio, reus non gaudet immunitate ecclesiastica. — 84. Sicut in casu quo baroncellus et birruarii curiæ episcopalis, qui tentant absque ordine carcerationem sacerdotis inventi cum falce venatoria præ manibus, et ob resistantiam eis factam, ipsam taliter percusserunt, ut secundo die obierit; unde vocati ab episcopo ad proprium palatium pro reddenda ratione hujus facti, ibidem de mandato episcopi carcerantur, et deinde poena treremium puniuntur, non gaudent immunitate. — 85. Reus allegans clericatum baroncello, ductus liber ad vicarium generale, cui in palatio episcopi dixit, se non esse clericum, sed velle uti immunitate palatii episcopalis, quam vicarius admisit, gaudet immunitate, et baroncellus non incidit. — 86. Executio etiam pro debitis civilibus fieri non potest in palatio episcopi nec in domibus seu mansionibus clericorum in regno Neapolitano, attentata consuetudine in dicto regno ad eorum favorem. — 87. Concedenda est facultas exsequendi in palatio episcopi quatenus a creditoribus episcopi petatur. — 88. Magistratus sæcularis absolvitur ad cautelam, eo quod demoliri fecerat murum ædificatum ante palatium episcopi, quod prætenditur spectare ad mensam episcopalem. — 89. Ad hoc ut clarius percipiantur delicta quibus competit vel non jus asyli, dantur hic ad litteram duæ pontificiæ constitutiones, quæ debent ad hæc esse vera norma et Regula. — 90. Affertur constitutio Gregorii XIV. — 91. Affertur constitutio Benedicti XIII. — 92. Delicta quibus competit jus asyli sunt ea omnia et singula quæ specialiter non sunt excepta. — 93 ad 156. Delicta quibus non competit jus asyli. — 157 ad 159. Constitutio Benedicti XIV pro extractione hæreticorum. — 160 ad 165. Alia statuta quoad immunitatem ab eodem pontifice, et a Clemente XII.

ARTICULUS III.—*Quoad ea quæ concernunt privilegia, extractionem, et restitutionem confugientium, et penas violentium ius asyli, et absolutio-nem ab eisdem.*

1. Rei debent recipi in locis sacris ad quæ confu-giunt, nec possunt inde repelli aut excludi. — 2. Rei confugiti nequeunt a loco sacro seu immuni per vim extrahi, nisi commiserint aliquod crimen exce-ptum. — 3. Neque possunt rei confugiti capi et ex-trahi ab ecclesiis de eorum consensu. — 4. Possunt tamen rei confugiti sponte ab ecclesia exire, ac per-mittere ut egressi capiantur. — 5. Rei confugiti quandiu in loco sacro existunt, non possunt per sen-tentiam aliquam condemnari ad mortem aut aliam pœnam corporalem. — 6. Notant tamen multi huic juri in pluribus locis derogatum esse consuetudine contraria. — 7. Rei confugiti, licet quandiu existunt in loco sacro damnari non possint pœna mortis vel alia corporali, possunt tamen puniri pœna pecunia-ria. — 8. Imo, si per sua crimina alios damnifica-runt, non solum possunt, sed et debent compelli ad eis satisfaciendum per pecuniam vel alia bona tem-poralia, si quæ habent. — 9. Rei confugiti nequeunt in loco sacro carcerari nec vinculis constringi. — 10 ad 26. Aliqua circa custodiam eorum qui ad ec-clesiam confugiunt. — 27. Nemo potest prohibere quominus victus, et vestitus, aliaque necessaria deferantur reis confugitis. — 28. Neque rei con-fugiti impediri possunt quominus naturam etiam extra locum asyli (si reverentia loci id exigat) ex-onerare possint. — 29. Rei confugiti, si aliunde non habeant unde sustententur, debent de bonis Ec-clesiæ seu loci sacri sustentari. — 30. Secus autem, si possint sustentari ex bonis propriis, aut a consan-guineis, aut ab amicis, aut ex eleemosynis. — 31. Rei confugiti non possunt spoliari rebus suis quas secum tulerunt in locum asyli. — 32. Imo neque possunt spoliari armis. — 33. Etiam si dicta arma sint prohibita. — 34. Arma ablata confugitis sunt omnino restituenda. — 35. Vel episcopus sibi consi-gnari faciat ad effectum disponendi juxta ordines sacre congregationis. — 36. Ablatio armorum a confugitis non est permissa absque facultate Sanctæ Sedis. — 37. Contra auferentes arma a confugitis procedendum est ad declarationem censurarum. — 38. Laudatur episcopus excommunicans eos qui con-fugitos in locis immunibus armis spoliaverunt. — 39. Possunt tamen a confugitis auferri arma sicuti et alia bona quæ non sunt sua, sed aliena, et ipsa tradi propriis dominis. — 40 ad 127. De extractione con-fugitorum a locis immunibus. — 128. Ultra restitu-tionem rei extracti tenentur etiam male extrahentes ad restitutionem omnium rerum et etiam armorum quæ fuerunt ablata in extractione. — 129. Violatores immunitatis asyli ultra gravissimum commissum sa-criligium et nullitatem omnium eorum actorum, in-currunt excommunicationem majorem late senten-tiæ. — 150. Talem excommunicationem majorem incurrunt omnes violatores cujuscunque sint dignita-tis et auctoritatis. — 151. Sic eam incurrunt omnes capientes, extrahentes, incarcerantes, vincientes reum in loco asyli existentem. — 152. Item com-

ARTICULUS I.

Immunitas quoad ea quæ concernunt ejus na-turam, divisionem, et jus a quo provenit.

(1. Immunitas derivatur a verbo *munus* quod licet generatim captum tria significet, scilicet donum, officium cum onere, et onus sine honore, proprie tamen sumptum solum tertium significatum importat, scilicet onus sine honore, seu onus, functionem, et obli-gationem alicui impositam, sive lege, aut

plices extractionis, et hujusmodi. — 153. Item fau-tores. — 154. Item cooperatores. — 155. Item man-dantes. — 156. Item cogentes, obidentes et custo-dientes, etc. — 157. Item dolose et blande suadentes confugito ut exeat a loco immuni ut capiatur. — 158. Item tentantes. — 159. Item ipsi extrahentes, quamvis extractum consignaverint potestati eccle-siasticæ. — 140. Nec supradicti excusantur, quam-vis reus libere consentiat capi, carcerari, extrahi, et hujusmodi. — 141. Appellatio contra declarato-riam episcopi non admittitur. — 142. Absolutio a censuris contractis ex causa violatæ immunitatis est reservata Summo Pontifici. — 143. Et ita est re-servata Summo Pontifici, ut, vacante Sede Apostoli-ca, desit potestas absolvendi. — 144. Episcopi ab-solventes censuratos hujusmodi sine facultate Sedis Apostolicæ incidunt in excommunicationem eidem Sedi Apostolicæ reservatam. — 145. Quare præcipitur archiepiscopo qui sine dicta facultate absolvit censuratos ex causa extractionis confugiti ab Ecce-sia, ut reatigat cedulones contra ipsos. — 146. Sic pariter absolutio concessa ab eminentissimo legato sine facultate apostolica non suffragatur, et injungitur episcopo ut denno absolvat auctoritate sacre congregat. — 147. Absolutio obtenta a censuris ex causa violatæ immunitatis vigore brevis Sacre Pœ-nitentiarie non suffragatur in foro exteriori. — 148. Nec absolutio ex causa præfata in vigore bullæ Cruciatæ habentur pro bene absolutis a Sacra Con-gregatione, et injungitur reatigat cedulones. — 149. Absolutio data vigore bullæ Anni Sancti per confessarium a censuris incursis ex causa violatæ immunitatis non suffragatur in foro exteriori. — 150. Absolutio vigore jubilei non suffragatur censu-ratis, et reatigat cedulones. — 151. Ordinario inferiori concedi non debet facultas absol-vendi censuratos ex causa violatæ immunitatis, seu episcopo viciniori. — 152. Absolutio a censu-ris incursis ob violatam immunitatem non datur, nec dari potest; et data non valet, nisi prius restituito reo, et facta satisfactione læsæ ecclesiæ. — 157. Regulæ pro solutione questionum quæ oriri possunt quoad exercitium ecclesiasticæ immuni-tatis.

ARTICULUS IV.—*Quoad ea quæ specialiter concernunt immunitatem realem et personalem, et penas eam violentium, ac absolutio-nem ab eisdem.*

1. Quid sit et in quo consistat immunitas realis et personalis. — 2. Nomine personarum ecclesiasticarum qui veniant? — 3. Nomine bonorum seu rerum ecclesiasticarum quæ veniant. — 4. Omnes personæ vere ecclesiasticæ gaudent immunitate personali. — 5. Omnes res ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum gaudent immunitate reali. — 6. Immunitas realis et personalis est de jure divino. — 7. Eccle-siastici etiam sponte non possunt solvere exactiones laicales, et laici a sponte dantibus non possunt acci-pere. — 8. Quasnam pœnas incurrant violatores hujus immunitatis; quinam sint tales violatores, et a quo possint, vel non, ab eisdem pœnis absolvi. — 9. Epistola S. congr. episcoporum et regularium.

more ei incumbentem; leg. *Munus proprie* 214, ff. de Verbor. significat. ibi: « Munus proprie est quod necessarie obimus lege, more, imperiove ejus qui jubendi habet potestatem. » Unde qui a tali onere aut obliga-tione liber aut exemptus est, immunitas esse et immunitate gaudere dicitur: 1. *Munus* 18 et ibi Gloss. verb. *Onus* et verb. *Officium*, ff. de V. S. et leg. 1. ff. de Jure immunitatis. (2. Immunitas ecclesiastica et immunitas ecclesiarum, quamvis passim a plurimis pro

eodem sumantur, et unica definitione descri-bantur, dicendo: « Immunitas ecclesiastica est jus seu exemptio qua Ecclesiæ res et per-sonæ ecclesiasticæ a publicis muneribus et oneribus sæcularibus sunt liberæ; » tamen proprie et rigorose loquendo non sunt idem, sed quid diversum, ut recte advertunt Riccius in Praxi aurea, part. II, resolut. 53, num. 2. Engel. lib. III Decret., tit. 40, n. 2. Reiffen-stuel ib. num. 3, et alii intelligentes pro *immunitate ecclesiarum* solum immunitatem localem competentem ecclesiis aliisque locis sacris, et pro *immunitate ecclesiastica* solum immunitatem personalem, et realem compe-tentem personis ecclesiasticis et rebus ad tales personas, vel ad ecclesias, seu loca sacra pertinentibus; arg. cap. *Inter cunctas* 1 Ex-travagant. de privileg. inter commun. § Incen-diariorum ubi distinctim ponuntur et nominan-tur violatores immunitatis ecclesiarum et libertatis, id est immunitatis ecclesiasticæ, ibi: Ecclesiarum immunitatis et libertatis ecclesiasticæ.

(3. Et hoc videtur rationi congruere quia allata definitio immunitatis communiter di-visæ in localem, realem et personalem non convenit omnidefinito, cum non possit aptari immunitati locali ac juri asyli, ut clare pa-tet. (4. Unde aptius definitur immunitas dicendo quod sit « Jus quo ecclesiæ et alia loca sacra necnon personæ ecclesiasticæ ac res ipsarum liberæ ac immunes sunt a mune-ribus et oneribus sæcularibus, atque ab acti-bus earum sanctitati et reverentiæ debitæ repugnantibus. » (5. Hæc enim definitio com-petit omni membro definiti, cum per ly jus quo ecclesiæ et alia loca sacra, necnon per-sonæ ecclesiasticæ, ac res ipsarum liberæ, ac immunes sunt a muneribus et oneribus sæ-cularibus, denotatur immunitas realis et per-sonalis, et per ly atque ab actibus earum sanctitati et reverentiæ debitæ repugnantibus, denotatur immunitas localis.

(6. Immunitas sic descripta recte dividitur in localem, realem et personalem. Immunitas *localis* est quæ convenit ecclesiis aliisque locis piis seu religiosis. Immunitas *realis* est quæ competit rebus ecclesiasticis, id est bonis ad ecclesias vel personas ecclesiasticas per-tinentibus. Immunitas *personalis* est quæ competit personis ecclesiasticis.

(7. Immunitas realis et personalis est de jure divino, ut colligitur ex pluribus sacre Scripturæ locis. Genes. enim XLVIII, vers. 22, sub Pharaone Ægypti rege habetur sacer-dotes et levitas exemptos fuisse a jurisdictione sæculari et a lege solvendi tributa, et refer-tur in cap. *Non minus* 4 de *immun. eccles.* ubi idecirco graviter arguuntur plurimi Christiani principes quod « deterioris conditionis fac-tum sub eis sacerdotium videatur, quam

(82) Cl. P. Franciscus Xaverius Zech in luculenta ac jure asyli ecclesiastici dissertatione Ingolstadii edita a 1781 et ab Antonio Schmit recusa tom. VI Thesauri jur. eccles. a pag. 284 qua erat eximia eruditione ac diligentia, c. 118 leges imperatorum circa jus asyli ecclesiastici a Constantino M. percen-set ad Manuelem Comnenum; his deinde subjungit

sub Pharaone qui legis divinæ notitiam non habebat, » ubi nota illa verba *legis divinæ*: et similiter colligitur ex cap. ultimo vers. 28 Levitici, et ex cap. III Numer. vers. 20, et cap. XLV, vers. 14 et 15, et ex primo Esdræ cap. VII, vers. 25, et cap. XVII Matthæi vers. 25 et 26; sed ne repetantur omnia jam scripta, vid. verb. *Clericus*, art. 2 a n. 77 usque ad 84 inclusive, et verb. *Bona eccle-siastica* art. 2 a num. 16, ubi late probatur conclusio per citatas Scripturas, per varios sacros canones, et per concilium Trid. sess. 25, cap. X de Reformat. ubi expresse con-testatur ecclesiæ et personarum ecclesiarum immunitatem Dei ordinatione et canonicis sanctionibus constitutam. Et sic tenent ultra doctores loc. cit. adductos, Bellet *disquisit. cleric.*, p. I, de exempt. cleric., § 1, n. 1. Diana part. I, tract. 2, resolut. 1. Reiffen-stuel lib. III Decret. tit. 49, artic. 9, num. 235. Tambur. *de Jure Abbat.*, tom. I, disp. 15, quæst. 19. Thom. Delbene tom. I de im-munit. eccles., part. I, can. 1, dub. 1 per tot. Fagnan. in cap. *Non minus* 4 de *immun. eccles.* num. 4. Bonacina de Censuris in bulla *Cænæ*, disput. 1, quæst. 16, sect. 2, punct. 1 et seqq. et in 8 præcept. Decalog., disp. 10, qu. 2, part. I, § 1, num. 3. Et late card. Petra tom. II, comm. ad *const. I Honorii III* a n. 3, et alii.

(8. Immunitas localis ecclesiarum seu privilegium asyli non competit ecclesiis, aliisque piis locis de jure naturali et divino, sed solum de jure humano, tum civili, tum canonico; et, quod hæc localis immunitas sit de jure civili, habetur ex tot. tit. cod. *De his qui ad ecclesiam confugiunt, et authent. de mandatis principum*, § *Neque autem homicidii*, collat. 3, (82) et quod sit de jure cano-nico, habetur ex c. *Inter alia*, 6 de immu-nit. eccl., ibi: « Juxta sacrorum statuta cano-num et traditiones legum civilium. . . . fugiens ad ecclesiam »; et cap. *Ad consti-tuimus* 36, caus. 17, quæst. 5 ex conc. Aure-lianen. I, c. 3, ibi: « Id constituimus obser-vandum quod ecclesiastici canones decreve-runt; et lex romana constituit ut ab ecclesiæ atrii, vel domo episcopi reos abstrahere om-nino non liceat; » et cap. *Eos qui* 6, dicti 87 ex concilio Arausicano, canon. 5, ibi: « Eos qui ad ecclesiam confugiunt, tradi non oportere, sed loci sacri reverentia et inter-cessione defendi; » et cap. *Sicut antiquitus*, 6; cap. *Reum* 9; cap. *Si quis* 20; cap. *Defi-nivit* 35, caus. 17, qu. 4 (83).

(9. Nec valet objicere quod Deus in lege veteri præter civitatis refugia, de quibus Numer. xxxv, Deuter. XIX, Josue XX, con-stituerit pro asylo templum Jerosolymita-num, ut videtur colligi ex c. XXI Exodi, ibi: *Constituam tibi locum in quem fugere debeas,*

leges latas a regibus Francorum, a veteribus Ger-manis, Anglis, Visigothis in Hispania et Gothis in Italia. (EDIT. BARBIELL.)

(83) Idem Zech. cap. 4 ecclesiasticas de asylo leges operose indicat, illustratque a sæculo Ecclesiæ quarto ad nostrum XVIII. (EDIT. BARBIELL.)

videlicet altare templi et quod etiam gentiles ex instinctu naturæ aliqua loca designaverint quæ vocabantur *asyli*. Non valet, inquam, quia, præterquam quod Abulensis c. xxv, Josue q. 7 et alii plures negant templum Jerosolymitanum pro asylo constitutum fuisse, dato etiam hoc, et non concessio, hujusmodi lex post mortem Christi, utpote ad cæremonialia pertinens, jam expirasset; unde jus asyli jam non habetur ex veteris legis obligatione, sed solum ad quamdam similitudinem et secundum congruam juris naturalis æquitatem (quam etiam gentiles agnoverunt) de facto per jura humana, tum civilia, tum canonica ecclesiis, aliisque locis piis concessum fuit. (10. Neque in nostra nova lege Evangelica habetur aliquod jus positivum, sive scriptum, sive apostolis traditum, decernens talem immunitatem, siquidem Christus præter leges naturæ et fidei nullas leges cæremoniales præscripsit, nisi circa ritus sacrificii et sacramentorum, reliqua Ecclesiæ statuenda relinquens. Sic tenent Suar. tom. I de religion. lib. III de locis sacris c. 8, n. 8, 10, 11 et 13. Covarruv. lib. II resol. cap. 20, num. 1, 2 et 3. Layman lib. IV, tract. 9, c. 3, q. 1, n. 1. Pirhing. lib. III, Decretal., tit. 49, sect. 4. num. 15. Engel. ibid. nu. 7. Zoesius ib., num. 6. Sannig ibid., c. 2, n. 1. Reiffenstuel ibid., num. 22 et lib. II, tit. 2, num. 131, et in Theologia morali tract. 12, dist. 2, num. 2, cum communiori aliorum contra Delbene de immunitate et jurisdiction. eccles. cap. 16, dub. et num. 2, ubi illud jus naturale esse asserit, et contra Fagn. in appendice de immunitate, c. 2, num. 9. Decium et Tuscum existimantes esse juris divini positivi.

(11. Quam sententiam, scilicet jus asyli etiam in Novo Testamento esse juris divini naturalis vel positivi, non improbabilem censet etiam Reiffenstuel lib. III, Decretal. tit. 49, num. 26. Eo vel maxime quod videatur ei favere sacra Scriptura locis citatis sub num. 6. Tridentinum sess. 25, c. 20 de *Reformat.* per verba adducta sub num. 7. et c. *Quanquam* 4 de censibus, in 6, et quia apud omnes fere gentes vigeat tale jus asyli, ut videre est apud ipsum Reiffenstuel loc. cit. num. 26. Covar. loc. cit. c. 20. Gonzalez in c. *Inter alia* 6, de immun. eccles., num. 9, et alios.

(12. Tamen ad id de Scriptura et gentilibus fuit jam responsum sub num. 10, et ad Tridentinum et textum canonicum communiter respondetur non loqui de immunitate locali, seu asyli, sed solum de immunitate reali et personali, id est de immunitate personarum ecclesiasticarum, et rerum ad eos vel ad Ecclesias pertinentium, quam esse de jure divino etiam nos docuimus sub n. 7. (13. Et si quis contendat Tridentinum loco citato loqui etiam de immunitate locali, seu de jure asyli, respondetur quod, ut jura juribus concordentur juxta c. *Cum expediat*, de elect. in 6, quantum ad immunitatem asyli plus non vult concilium quam ipsam ad imitationem veteris legis, (14. atque instinctu divino per canonicas sanctiones constituta esse. Tum quia, si jura asyli essent de jure divino

naturali nunquam potuissent, nec adhuc possent mutari, quia jura naturalia semper firma et immutabilia permanent, ut dicitur § *Sed naturalia* 11 inst. de jure naturali, Gent. et civil. nec potuissent ab aliquo etiam summo pontifice minui, immutari, aut dispensari, cum inferior in lege superioris nullam habeat potestatem; c. *Cum inferior*, 16 de majorit. et obed. et Clement. *Ne Romani*, de election. Neque potuissent consuetudine abrogari, aut eis in aliquo derogari, cum consuetudo contra jus divinum nihil valeat; cap. *Cum tanto*, 11 de consuetudin. Atqui jus asyli per pontificem fuit immutatum, quoad certa crimina et personas restrictum ac limitatum, ut patet ex c. *Inter alia*, 6. de Immunit. eccles. et ex constitutionibus Gregorii XIV et Benedicti XIII art. seq. adducendis, adeoque, etc.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(15. Quæstio, num immunitas personalis sit de jure divino an potius humano, magni momenti est, et sursum atque deorsum versata, non modo a jurisconsultis, sed etiam a theologis. (16. Nam alii contendunt clericos privilegio fori uti de jure divino. (17. Ita auctor, num. 7 et qui ab ipso allegantur. E diverso alii in contrarium nituntur id esse de jure humano; ita Innocent., in cap. 2 de Major. et Obed. Alciat. in c. *Cum non ab homine*, de Judic. et alii apud Peregrin. de Immun. eccles. in princip. quos ex theologis sequitur Medina in tit. de *Restit.* quæst., 15.

(18. Mihi haud displicet opinio Covarruv. 3, practic. 31, qui distinguit ut, si agatur de rebus spiritualibus, clerici immunes sint de jure divino a jurisdictione laicorum, si autem de rebus temporalibus, de jure humano sint exempti ex legibus potissimum Constantini Magni in c. de Episc. et Cleric.

(19. Prima pars probatur, quia summus pontifex de jure divino ex institutione Christi positus est ad regimen Ecclesiæ, cum ei dedit potestatem pascendi oves suas, solvendi et ligandi, deditque claves regni cælestis, et voluit, ut aliquando conversus confirmaret fratres suos. (20. Ex quibus pontifex factus est in spiritualibus caput totius orbis Christiani, et præsertim clericorum qui militantis Ecclesiæ partes sunt magis connexæ. Hi igitur ex eodem jure divino facti in spiritualibus sunt subditi summi pontificis a quo regi debent, nam ex quo jure est potestas capitis, ex eodem est subjectio subditorum.

(21. Patet altera pars, tum ex dictis, tum etiam quia ipsi clerici in sacris constituti a summo pontifice sæpe judici laico traduntur ut eosdem puniat, cap. *In audientia*, cap. *Contigit*, cap. *Perpendimus*, de Sent. Excomm. cap. *Ex parte*, de Privil. cap. *Ad abolendam*, de Hæretic. (22. Ergo exemptio fori clericorum in temporalibus juris est humani; idque, quia summus pontifex non solum immutare haud potest jus divinum, sed nec ob causam licet justam dispensare, bene vero declarare et interpretari.

(23. Nec negotium facessere debet can.

Si imperator dict. 97 ubi Joannes pontifex ait: « Clerici ex divina institutione a summo pontifice sunt judicandi, » quod etiam habetur in cap. *Quanquam*, de censib. in sexto. (24. Nam, ut recte observavit Covarr., ubi supra, jus divinum ibi usurpatur pro canonico, quod novum haud est.

(25. Hinc facile est judicare quid dicendum sit de Justiniano, qui in leg. *Si quis in conscribendo*, Cod. de Pactis statuit sacerdotem qui se non usurum promiserit exceptione fori promissis stare teneri, ita ut possit dein coram laico convenire, ea reddita ratione quod possit quisque juri pro se introducto renuntiare. (26. Non ignoro in hoc textu explicando se varie torquere DD. eorumque plurimos Justinianum reprehendere quod legem tulerit statui ecclesiastico contrariam. (27. At distinguendum videtur potestatem inter et justitiam. (28. Porro potuit Justinianus id statuere, cum, ut mox dictum est, fori privilegium quod habent clerici in temporalibus sit juris humani, sed non juste fecit, quia ratio qua Justinianus utitur minime convincit. (29. Nam regula quæ ait posse quemque juri suo renuntiare, intelligitur cum jus est personale, quod sane non accidit in clericis, quorum exemptio in gratiam totius collegii ecclesiastici est inducta. (30. Qua de ratione recte in cap. *Si diligenti*, de For. competent. corrigitur lex Justiniani, et statuitur ut clericus ne juramento quidem possit foro suo renuntiare.

(31. Inficias haud eo sæpe Justiniano libuisse pervertere Christianorum sanctiones, ut inquit Procopius in *Historia Arcana*, pag. 123. At sæpius non tam pervertit quam præscripsit. (32. Nam quidquid in canonibus ecclesiasticis erat insigne, id voluit auctoritate sua stabilitum, declaratum ac pœnis vindicatum. (33. Factum hinc est ut episcopi Orientales ex Justiniani legibus eas sibi concinnaverint regulas quas *Nomocanones* nuncuparunt. (34. Nomocanonem enim scripsit Joannes Scholasticus, quia a Justiniano suffectus est Eutychio C. P. patriarchæ in exilium pulso. (35. Alium postmodum composuit Photius patriarcha etiam C. P. quem Theodorus Balsamon notis suis illustravit.

ARTICULUS II.

Quoad ea quæ specialiter concernunt immunitatem localem, seu jus asyli, loca, delicta et personas quibus competit, vel non.

(1. Immunitas localis, seu jus asyli est ecclesiis et sacris aliis quibusdam locis competens, confugientibus ad ea malefactoribus securitatem præstans ad hoc quod inde violenter extrahi non possint, nec in vita nec in membris puniri valeant. Est in re communis arg. c. *Inter alia* 6, de Immun. Ecclesiar. (2. Immunitate, seu jure asyli gaudent omnes ecclesiæ auctoritate episcopi erectæ, c. *Inter alia* 6, de Immunitat. eccles. et concordat c. *Immunitatem* 10, eod. cap. *Eos qui* 6, dist. 87, cap. *Sicut antiquitus* 6, cap. *Reum* 9, cap. *Si quis* 20, cap. *Definit* 35 et cap. *Id constituimus* 36, caus. 17 qu. 4.

(3. Etsi nondum sint consecratæ, textu expresso in cap. *Ecclesiæ* 9, de Immunitat. eccles. ibi: « Ecclesiæ in qua divina mysteria celebrantur, licet adhuc non exstiterit consecrata, nullo modo privilegium immunitatis admittitur. » (4. Imo etiam in iis divina adhuc non sint celebrata; arg. cit. cap. *Ecclesiæ*, ubi pro ratione immunitatis subjungitur: « Quia obsequiis divinis dedicata nullis est temerariis usibus profananda; » Unde, cum pro ratione ibi pontifex non allegat celebrationem divini officii jam factam, sed quia obsequiis ac officiis divinis est dedicata seu deputata, debent Ecclesiæ gaudere immunitate, etiam in iis divina adhuc non sint celebrata cum ex eo solo quod ecclesiæ auctoritate episcopi ad usus sacros sint deputatæ, jam existunt loca sacra ac religiosa, ita ut ad usus profanos redire et applicari amplius nequeant textu claro in cap. *Ad hæc* 4 de religiosis domibus, et sic tenent Abbas in cit. cap. *Ecclesiæ*, num. 5; Fagnan. ib. numer. 8; Hostiens. ibid. verb. *Celebratur*; Barbosa lib. II Jur. Eccles. univers. cap. 3, numer. 59. Covarruv. lib. II variar. resolut. cap. 20, num. 4, et alii communiter. (5. Quinimo immunitate gaudent etiam ecclesiæ interdictæ. Fagnan. in cit. cap. *Ecclesiæ* 9, de Immunit. ecclesiar. num. 11; Abbas ib. numer. 7. Ventriglia tom. II, annotat. 23, § de Immunit. eccles., num. 5; Pirhing. lib. III Decretal. tit. 49 num. 3; Reiffenstuel. ibid. num. 29; Engel. ib. num. 11; Layman. lib. IV tract. 9, cap. 3, num. 2; Silvester verb. *Immunitas* 1, q. 1, dicto 2, Barbosa loc. cit. num. 60, cum plurimis aliis ibi citatis. (6. Immunitate gaudent etiam ecclesiæ pollutæ. Fagnan. loc. cit. num. 13; Ventriglia loc. cit. num. 5; Barbosa loc. cit. num. 61, cum Suarez, Giurb., Bonacin., Bobadill. et Fagundez ibi citatis, et alii n. anteced. adducti. (7. Item gaudent immunitate ecclesiæ dirutæ, dummodo non sint dirutæ auctoritate episcopi, et subsit spes reedificationis, arg. cap. *Quæ semel* 4, caus. 19, q. 4, l. *Æde sacra* 73, ff. de Contrahend. Emption. Fagnan. loc. cit. num. 14; Engel. loc. cit. num. 10; Ventriglia loc. cit. num. 4; Barbosa loc. cit. num. 62, cum plurimis ibi citatis, et alii passim.

(8. Immunitate gaudet cæmeterium, quantum ab ecclesia separatum, dummodo auctoritate episcopi sit designatum, capit. *Cum ecclesia*, de 5, Immunit. ecclesiar. Fagnan. loc. cit. n. 21; Barbosa loc. cit. n. 63, cum plurimis ibi citatis, et alii communiter. (9. Item immunitate gaudet porticus ecclesiæ, cap. *Si quis contumax* 20, caus. 7, q. 4, et declaravit sac. cong. Immunit. in Spoletana 7 Febr. 1630, in Camerinen. 3 April. 1635, in Asculana 20 Decembris 1657, et in Dertonen. 9 Septem. 1670; apud Pignatell. t. I consult. 171, sub n. 15 in fin. (10. Item immunitate gaudet atrium cit. cap. *Si quis contumax*, 20, et cap. *Id constituimus* 36, caus. 17, q. 4. (11. Item immunitate gaudet tectum, cum supra illud existens dicatur esse intra situm ecclesiæ. Suarez tom. I, tract. 2, lib. III, cap. 9, num. 8, vers.